

Hartungi scilicet de Erpha, Hugonis de Salza, Giseleri et Rapotonis<sup>b)</sup> fratrum de Sunthusen, quos super actionibus et causis predictorum duximus | statuendos, prelibati fratres de Cornere omni iuri suo et actioni, quam in capellam in Osteren Cornere sitam habere se asserebant vel habere videbantur, publice abrenunciaverunt ita sane, quod nec ipsi nec heredes eorum et successores aliquam de cetero querimoniam vel actionem super eadem capella et dote ipsius in conventum prefati monasterii suscitabunt, insuper et actionem | aliam super molendino quodam in Osteren Cornere exortam, quod in preiudicium et dispendium ipsorum constructum asserebant, penitus abdicarunt tali videlicet condicione et arbitrio | mediante, ut conventus monasterii sepedicti vice versa nec prece nec precio alicui secularium in eodem moli sineret molendino, preterea ut<sup>c)</sup> omnem actionem, quam super debitis decem | et septem marcarum ex parte Erenfridi et trium marcarum argenti et trium maldrorum frumenti Erfordensis mesure ex parte Heinrici et universis dampnis suis et iniuriis ab | eisdem fratribus sibi irrogatis moverat contra ipsos omni modo relaxaret, item ut duobus servis suis, qui ex parte conventus gravati fuerant et turbati, una marca argenti sive | duo talenta denariorum communium in recompensationem sue molestie donarentur. Ad huius itaque arbitrii et compositionis noticiam et certitudinem ampliolem presentem paginam | inde conscriptam et sigilli nostri impressione et sigillorum Meingoti scriptoris nostri, Hartungi de Erpha, Hugonis de Salza appositione roboratam disposuimus communiri | subscriptis testibus fide dignis, quorum nomina sunt hec: Hermannus dapifer de Slatheym<sup>d)</sup>, Hugo de Almenhusen, Giselerus et Rappoto<sup>b)</sup> de Sunthusen, Guntherus de | Heilingen, Dithmarus Nethse, Alexius, Heinricus Lantshade, Bertoldus de Weberstete, sculthetus in Tungesbruchen, Giselerus et Cunradus fratres de Graba, Heinricus | Rufus de Graba, Vlricus de Shonerstete, Dithmarus Gir de Slatheim<sup>d)</sup>, omnes milites, Guntherus<sup>e)</sup> Hugonis filius de Salza et alii quam plures. Acta sunt hec | anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LIII<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> idus aprilis, indictione XI<sup>a</sup>.

(SP. 1 D.)

(SP. 2 D.)

(SP. 3)

(SP. 4)

## 61.

*Papst Innozenz IV. teilt dem Bischof (Johann) von Samland mit, dass Markgraf Johann (I.) von Brandenburg ihn gebeten hat, dessen einziger Tochter (Helene) und Dietrich, dem Sohn des Markgrafen (Heinrich) von Meißen, die einen Ehekontrakt per verba de presenti geschlossen haben, ungeachtet ihrer Blutsverwandtschaft im vierten Grad Ehedispons zu erteilen; er beauftragt den Bischof, die Dispens zu gewähren.*

60. b) sic A.

c) ut zwischen preterea und omnem wohl von erster Hand mit derselben Tinte nachgetragen; darüber ein Wort, wohl ut, eradiert A.

d) sic A.

e) h während des Schreibens von erster Hand mit derselben Tinte zu g korrigiert A.